

(75. « Ad utriusque fori ecclesiastici, et sæcularis notionem hinc patet, cur piæ dispositiones olim communi jure cum civili, tunc canonico deferrentur hoc etiam in regno, secundum juris regulam (123). »

(76. « Posthæc controversiæ inter ecclesiasticos, et laicos iudices (excitata), et instaurata sunt super competenti piarum dispositionum iudicio : cum istud episcopi esse mixti fori putantes, jure præventionis idcirco vindicarent sibi etiam in laicos, ex recitatis legibus Justinianeis, et Decretalibus, et Tridentino decreto. Econtra id totum negabat sæcularis potestas ex præteritis regiorum tribunalium gestis, moribusque. Nam Regens Villanus... obviam ivit inter cætera, jam dicto Tridentino decreto, quo episcopi, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati, in casibus a jure permissis omnium piarum dispositionum declarantur exsecutores... Tandem prævaluit laicorum sententia novis Concordatis obfirmata, quibus tribunali misto mandatur sola vigilandi cura, ut laici ad pia legata exsolvenda ab laicis iudicibus competentibus, ecclesiastici ab Ecclesiasticis compellantur; nuda scilicet facultas excitandi ordinariam ejusque fori competentis jurisdictionem, expers cum notione judiciaria, tum imperio cogente (124). » Ex Carolo Gagliardo Inst. jur. can., lib. III, tit. 8, De caus. olim eccl., § 18, 19, 21.

(77. Circa vero commutationem legatorum piorum, primum illud constabiliendum est, piæ defunctorum voluntates sartas tectas esse servandas; « ultima voluntas defuncti modis omnibus conservari debet : » Ita statuitur, can. 4, caus. 13, quæst. 2, et in Clement. cap. 2, Quia contingit de religios. dom. ibi : « Quod ea quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (salva quidem Sedis Apostolicæ auctoritate) converti. »

(78. Hinc « regulariter loquendo, nullus præter summum pontificem exsecutor, nec episcopus quidem, relicta ad certas piæ causas, in alios usus, vel causas, etsi evidenter meliores essent, commutare potest, si voluntas determinata defuncti commode, ac juste adimpleri potest : Molina disp. 249, n. 1. Layman lib. III, tract. 5, cap. 11, n. 11, cum communi, ac certa aliorum. » Reiffenst. ad Tit. 26, ex de Testam. et ult. volunt. § 23, n. 804.

Hoc pacto Glossa in cit. Clem. sic habet :

(125) Regius consiliarius Thomas Carnevalius 1. De iudiciis, tit. 1, disp. 2, q. 5, n. 332, hæc scribit : « Illud verum est, et negari non debet, semel publicato testamento apud sæcularem iudicem, si agatur de executione ipsius, causam esse mixti fori, et posse adiri pro ea tam ecclesiasticum quam sæcularem, esseque locum præventioni. » Ad id laudat auctoritates juris civilis, et canonici, et Covarruviam. Consonant Regens de Marinis, lib. 1, Resolut., cap. 204, n. 9, et seq. Abbas in cap. 3, De testam., ex synodicalibus plurium regnorum constitutionibus, Felicianus Oliva De for. Eccl., part. III, q. 54, n. 5, addit consentaneos Hispaniæ mores ex lege Regia lib. I, tit. 62, § 2, et episcopalibus totius regni synodis.

« Nota per hanc litteram solum Papam alterare posse usum illorum, quæ per fideles donata sunt, vel relicta. » Sed vide infra dicenda.

(79. Ubi vero commutationi voluntatis hujusmodi locus fit, justam, ac necessariam causam concurrere debere, ex Tridentino habemus exploratum in hæc verba : « In commutationibus ultimarum voluntatum, quæ non nisi ex justa, et necessaria causa fieri debent, episcopi, tanquam delegati Sedis Apostolicæ, summarie, et extrajudicialiter cognoscant, nihil in precibus, tacita, vel suggesta falsitate fuisse narratum, priusquam executiones prædictæ executioni demandentur. » Sess. 22, de Reformat., cap. 6.

(80. Quantum porro ad hujusmodi commutationem attinet, « id in piis operibus, ac dispositionibus solius pontificiæ potestatis est : quamvis enim, rejecta dubitantium opinione, in foro externo ubique receptissimum sit, ut supremus princeps, qui potestatem habet condendi leges, in eisque dispensandi, atque tollendi jus tertii, possit in ejus ditione cum propriis subditis derogare fidei commissis, aliisque ultimis voluntatibus, seu alias eas commutare, eo quia testandi facultas, suaque voluntas conferendi in tempus inhabile, in quo per mortem annihilatus est, ac desiit esse dominus, non proveniat a lege divina, vel naturali, cui lex positiva dispensare non valeat; sed proveniat a lege positiva, cui eadem derogare potest, et consequenter princeps, qui lex animata dicitur : attamen in iis dispositionibus, quæ Deum et animam concernunt, id solius Pontificiæ potestatis est, ex quo sæcularis potestas in his non se ingerit ; » est doctrina Cardinalis de Luca, Adnot. ad § Conc. Trid., disc. 21, n. 5, eamque rite applicat ex numeris seqq.

(81. « Quæritur hic 1^o An Summus Pontifex possit sine justa causa valide commutare ultimas voluntates Testatorum? Nulli dubium quod Papa potest cum causa ultimas voluntates commutare, ut patet ex Clement. Quia contingit. De religios. dom. ubi dicitur : « Ea quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alia (salva Sedis Apostolicæ auctoritate) converti. » Sed dubitatur, an id possit Papa sine causa? Tres sunt sententiæ apud Sanchez... Prima sententia affirmat, quam tenent Armil... Ang... Sylv... Tacien, etc., apud Sanchez. Ratio, quia omnia legata intelliguntur implicite relicta ad arbitrium

Gagliard. uti supra.

(124) En dispositio concordati, scilicet benedictini, an. 1741, in hæc sane verba : « Questo Tribunale non dovrà avere altra incumbenza, se non che... 6 d' invigilare all' adempimento de' legati pii, col procurare ne' casi particolari nella maniera, che stimerà più propria, che i renitenti a soddisfare, se saranno laici, dai loro competenti giudici laici sieno costretti all' adempimento de' legati pii, e se saranno ecclesiastici dai loro rispettivi superiori, et giudici ecclesiastici. » Cap. 9, n. 40. Quidquid insuper apud nos ad hanc rem spectat, in Actibus post novissimum concordatum an. 1818, part. v, pag. 141, part. vi, pag. 40, part. x, pag. 214, videre est.

Papæ, vel principis. Secunda sententia, quam tenent Angles. Rosell., Covarr... et cui adhæret La Croix, id admittit de potestate absoluta, non autem ordinaria. Tertia sententia verior, et communis... omnino negat posse Pontificem, aut principem sine justa causa commutare testatorum voluntates. Probatur ex Trid. sess. 22, cap. 6, ubi (ut sentit Layman... cum Molin...) supponitur tales commutationes posse fieri a Sede Apostolica « non nisi ex justa, et necessaria causa... » Si igitur legatum est profanum, poterit princeps ob necessitatem publicam, vel aliam justam causam in aliud legatum profanum, vel piæ commutare; si vero legatum est piæ, poterit Papa tantum, justa causa interveniente, in aliud piæ convertere. » D. Alphonsus de Ligorio lib. III, tract. 5, De sept. præcept. Decalogi, cap. 4, dub. 2, n. 931.

« Hoc pacto Barbosa ait, ex concil. Trid., sess. 22, c. 6, De reformat., statuitur hujusmodi commutationes, neque ab Apostolica Sede fieri debere, nisi ex justa, et necessaria causa... Hinc Molina... subdit a concil. Trid. sancitum esse, ut quando commutatio alicujus ultimæ voluntatis a Sede Apostolica fuerit obtenta, non prius executioni mandetur, quam episcopus loci, tanquam Apostolicæ Sedis delegatus, summarie, et extrajudicialiter cognoscat, nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum. » De offic. et potest. episc., alleg. 83, n. 1.

(82. « Quæritur II. An episcopi cum justa causa possint commutare piæ dispositiones? Prima sententia affirmat... Ratio 1. quia communis sententia (ut asserit La Croix...) tenet, apud episcopos esse hujusmodi facultatem ordinariam commutandi, quia talis commutatio est quædam dispensatio in lege præscribente exactam impletionem ultimarum voluntatum; unde quando dicitur fieri posse dispensationes, et non exprimitur a quo in Tridentino, satis intelligitur fieri posse ab episcopis; uti cum pluribus docet Suarez De leg. 1, 6, cap. 14, n. 8, et Sanchez De matrim., l. VIII, disput. 5. Hinc inferunt idem Sanchez... et Lugo... quod si testator reliquit alicui ecclesiæ legatum pro festo anniversario, potest episcopus illud ad tempus commutare in reparationem ecclesiæ, quæ aliter non posset reparari. Ratio 2, quia licet episcopus nequiret hoc facere ex potestate ordinaria, potest tamen ut Sedis Apostolicæ delegatus, modo adsit justa causa iudicio episcopi. Idque probant ex Trident. sess. 22, cap. 6, ubi dicitur : « In commutationibus ultimarum voluntatum, quæ non nisi ex justa, et necessaria causa fieri debent, episcopi, tanquam delegati Sedis Apostolicæ, summarie, et extrajudicialiter cognoscant, nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate, fuisse narratum, priusquam commutationes prædictæ executioni demandentur. » Ita Barbosa De offic. et potest. episc., alleg. 83, n. 5... citatque etiam Rotam Romanam, Decis. 1132, et ita etiam Salmat. de leg., c. 5, n. 67.

« Secunda vero sententia probabilior,

quam tenent Mal... Layman... et Sanchez... cum aliis, negat posse episcopos, etiam cum justa causa commutare ultimas voluntates. Ratio, quia ex cap. Tua De Testam. et ex Trid. sess. 22, c. 8. imponitur episcopis exsequi exacte ultimas voluntates; et hoc etiam si commutatio fieret in melius, ut dicunt Barbosa l. c., n. 3. Layman... cui adhæret Lugo... contra Dianam... ac Sylv. Baia, Graff. Comit. Vasquez, etc., apud La Croix..., qui admittunt commutationem in melius. Nec probari dicunt primam sententiam ex Trid. in cit. cap. 6. Nam ibi tantum committitur episcopis, ut quando commutationes ultimæ voluntatis a Sede Apostolica eis committuntur, ipsi antequam illæ executioni demandentur, examinent, an sint veræ causæ expositæ. Concilium enim in cap. 5, immediate præcedenti locutum erat de executionibus dispensationum a sola Sede Apostolica obtentorum, et hoc aiunt esse conforme Clement. Quia contingit. Valde tamen probabiliter censet Layman... et consentiunt Salmat... cum Bonac. et Trull. quod si aliqua causa superveniat, vel si fuerit testator ignota, quam si ille cognovisset, aliter disposuisset, tunc episcopus cum hærede potest ex epikieia interpretari voluntatem testatoris et legatum in alium usum convertere; puta si legatum sit relictum pro vasis sacris conficiendis, quibus ecclesia non egeat, sed potius casulis. Quando autem legata pia nullo modo possunt applicari ad usum a testatore intentum, illa non sunt caduca, sed applicanda sunt in alium piæ usum, arbitrio episcopi, et exsecutoris, ut docet idem Layman... cum Abb. et Lugo... ex cap. Nos quidem, De testam. » D. de Ligorio loc. et n. cit.

Cæterum quidquid sit, videtur canonistas in eam magis ivisse sententiam, episcopum, ut Sedis Apostolicæ delegatum, ultimas defunctorum voluntates ex causa commutare posse. « Concurrente justa, sic Barbosa, et rationabili causa, episcopus tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, ultimas defunctorum voluntates commutare potest, ut disponit Conc. Trident. sess. 22, c. 6, et sess. 23, De reformat., c. 4... Item etiam potest ob causam, quæ suo iudicio videatur justa, legatum quodcumque piæ ad certum usum relictum in alium piæ usum commutare, quamvis tale legatum de jure, et de facto valeat adimpleri. » Barbosa De offic. et potest. episc., alleg. 83, n. 5.

Consentit Engel in hæc verba : « De jure communi tantum S. Pontifici, et non nisi ex rationabili causa, concessum esse piæ defunctorum voluntates commutare : attamen hodie ex Concil. Trident. sess. 22, c. 6, etiam episcopus, tanquam Apostolicæ Sedis delegatus, tales commutationes ex justa et rationabili causa facere potest. » Ad Tit. 26, ex De Testam. et ult. volunt., n. 23.

Simili modo Ventriglia hæc habet : « Solum in his terminis quæri, an valeat episcopus commutare legata, et alias piæ fidelium voluntates : et communiter respondent DD.

posse episcopum commutare ultimas voluntates ex justa, et necessaria causa, tanquam Sedis Apostolicæ delegatum, præmissa extrajudiciali, et summaria cognitione, nihil precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum; ita ad litteram disponit Trident. sess. 22, cap. 6. » Adnotatio 28, § 2, De legat. piis, tom. II, n. 42.

(83. Porro, ut docet idem Barbosa « dubitari tamen potest, an episcopus possit hanc commutationem solus facere? In qua questione tenent doctores, requiri hæredis consensus ex cap. Nos quidem 3, de testam... Si tamen hæres nollet consentire, posset solus episcopus... Item requiritur consensus ecclesiæ, cui legatur, ex l. legatum, ff. De usufr. leg. et l. Legatum, ff. De administrat. rerum ad Civit. pertin. Et si nec ecclesia, nec hæres vellent consentire, episcopus solus id exsequetur... Si hæres contradicat, et ecclesia consentiat episcopo commutare volenti, prævalebit consensus ecclesiæ ad tuendam voluntatem defuncti. » L. cit. n. 6.

Pari modo Ventriglia, ibid., sub n. 49. « Notatum est (ait) posse episcopum ex causa justa, et rationabili commutare pia legata. Verum id intelligendum est: primo, hærede requisito, quando ex commutatione gravatur: et ratio est, quia hæres sustinet partes defuncti; et probatur per textum Nos quidem, De testam... Secundo, intelligendum est requisito loco pio, cui fuerat factum legatum quia juri consonum non est, ut quis inscius, et invitus damnus patiatur; probatur l. legatum, ff. De usufr. leg., et l. legatum, De administr. red. ad civit. pertin. Verum, si hæres, aut pius locus dissentiant, tunc episcopus solus potest commutat. piorum legatorum facere, ex præsumpta voluntate testatoris.

« Ulterius, si episcopus intendit commutare in alium pium usum legatum, sive hæreditatem relictam hospitali ad certum peregrinorum, aut aliarum personarum genus suscipiendum; si in loco, ubi sunt dicta hospitalia, similes personæ, aut perpauca reperiantur, tunc in hoc casu particulari, ultra requisitionem hæredis, et loci pii, ut supra, episcopus tenetur adhibere consilium duorum canonicorum, qui rerum usu peritiores sint; per conc. Trid. sess. 25, De reform.

SUMMARIUM.

1. Legati unde sic dicantur? — 2. Legati aliter vocantur, et accipiuntur in jure civili, et aliter in jure canonico, et qui sint legati in jure civili? — 3. Legati in jure canonico sunt in triplici differentia, nempe legati a latere, legati missi, seu nuntii apostolici, et legati nati. — 4. Legati a latere alii sunt ordinarii, et alii extraordinarii. Et qui sint legati a latere ordinarii? — 5. Quare dicantur legati a latere? — 6. Legati a latere extraordinarii, qui sint? — 7. Quamvis plures a summis pontificibus fuerint missi legati a latere extraordinarii episcopi, et alii non card. nunc autem constans praxis obtinuit non miti, nisi card. legati a latere. — 8. Et dato, quod contingat, ut contingit, mitti alios non card., non datur eis titulus legati a latere, sed missus nominatur, et titulatur Nuntius cum potestate legati a latere. —

cap. 8. Genuensis in Prax. cur. archiep. Neap. cap. 24, n. 4. » Sic idem Ventriglia, ibid., cit. n. 49.

Atque ut rite rem expediamus, lubet addere quæ amplius a Barbosa tradita sunt quoad hujusmodi legatorum commutationem, hoc sane pacto: « In commutationibus faciendis tria sunt præcipue observanda. Primum est, quod licet commutatio voluntatis in casibus (designatis) permittatur, non est tamen, nisi in alium usum pium facienda; nec enim in usum profanum est convertendum, quod pia testantium voluntate semel est Deo dicatum, neque contra defunctorum voluntatem est quidquam, quoad fieri potest, commutandum. Quare et etiam secundo loco observandum, ut in eum quoque pium usum, qui voluntati defuncti sit proximior, et salutis animæ suæ utilior, conversio fiat, sicuti de conversione fructuum locorum piorum, subsistente causa, statuit conc. Trid. sess. 25, De reformat., c. 8. Tertio observandum erit, in facienda commutatione, ut consensus hæredis gravati, nec non legatarii quoque requiratur, cum utriusque intersit defuncti voluntatem non præcise servari, ad notata per DD. in Clem. Quia Contingit. » Jur. eccl. univ., lib. III, De legat. ad pias caus., cap. 27, n. 59.

« Pro complemento materiæ advertendum duxi, sic idem Barbosa, non posse episcopum commutare ultimas voluntates pertinentes ad ecclesiam suam cathedralem, mensamve suam, aut capituli ejusdem cathedralis; quia non potest autorizare (super) rebus pertinentibus ad mensam suam, vel sui capituli, cap. Possessionis, de rebus eccl. non alien. Ita Moneta, De Commut. ult. vol., cap. 3, q. 13, concl. 1, n. 378, ubi n. seq. resolvit, hodie cum capituli consensu, qui probatur ratione interesse, posse ultimas voluntates ad ejusdem mensam spectantes commutare. » De offic. et potest. episc., allegat. 83, n. 16.

Tandem « episcopus non potest regulariter commutare ultimas voluntates subditorum prælati inferioribus, seu quæ pertinent ad jurisdictionem prælatorum inferiorum, sed solum data eorum negligentia... » Rota decis. 159, n. 1, part. II, divers. Idem Barbosa loc. et n. cit. Sed hæc hæc hactenus.

LEGATUS.

9. Hinc solis cardinalibus proprie competit nomen legati a latere. — 10. Legati missi, seu nuntii apostolici, qui dicantur et sint? — 11. Legati nati, qui dicantur, et sint? — 12. Omnes supradicti legati habent jurisdictionem ordinariam in provinciis sibi concreditis, et talis jurisdictio non expirat per mortem Papæ legantis, quamvis ipsa jurisdictione nondum uti ceperint, imo provinciam nondum ingressi fuerint. — 13. Omnes supradicti legati possunt causas ad se pertinentes aliis delegare, cum hac tamen advertentia, quod jurisdictio delegatorum ab ipsis legatis expirat una cum legatorum officio, seu finita horum legatione, quando res est adhuc integra; secus vero, quando non est amplius integra. — 14. Ut res non sit amplius integra, sufficit citatio partis facta per delegatum ante cessationem legationis legati. — 15. Imo sufficit, quod ante cessationem legationis, legati

præcesserit citatio, licet talis citatio ad partes antea non pervenerit. — 16. Omnes supradicti legati possunt causas suorum provincialium per appellationes ad ipsos devolutas cognoscere, et debito fine terminare. — 17. Imo de jure antiquo poterant olim legati cognoscere, et definire non solum causas per appellationem, sed etiam in prima instantia ad ipsos delatas; at jure novo concilii Tridentini est nunc limitata talis facultas. — 18. Quinimo omnes supradicti legati neque se intromittere possunt in causis illis, quæ per Papam specialiter cuipiam delegantur. — 19. Legati in quo differant a delegatis? — 20. Legati a latere excellentiores, et ampliores jurisdictionem præ aliis legatis habent. — 21. Legati a latere de jure possunt absolvere quoscunque excommunicatos, ob percussorem etiam enormem; imo et etiam ob eadem clericis, et hoc non solum intra suam provinciam, et suos subditos, sed etiam extra suam provinciam, et quoscunque extraneos undecunque ad se accedentes a die egressus sui ab Urbe usque ad diem reditus in eandem. — 22. Legati autem non de latere, seu missi, vel nuntii, sine speciali facultate nequeunt de jure extra provinciam sibi commissam absolvere a tali excommunicatione; et intra suam provinciam possunt absolvere solummodo subditos suos, non autem extraneos aliunde accedentes. — 23. Legati autem nati nequeunt sine speciali facultate, neque intra provinciam suam, absolvere suos subditos. — 24. Legati a latere possunt de jure concedere licentiam abbati exempto, ut eligi possit in episcopum, et transire possit ad ecclesiam sibi concessam. — 25. Id tamen non possunt alii legati sine speciali sibi concessa facultate. — 26. Legati a latere possunt confirmare electiones episcoporum, archiepiscoporum, et exemptorum. — 27. Id autem non possunt alii legati sine speciali sibi concessa facultate. — 28. Legati a latere possunt conferre beneficia, quæ vacant tempore suæ legationis in provincia sibi concredita. — 29. Imo, spectato jure communi, legati a latere concurrunt cum quolibet ordinario suæ provinciæ in collatione beneficiorum, ita ut inter ipsos simul, et papam locus sit præventioni. — 30. Id tamen sine speciali pontificia concessionem nequeunt alii legati. — 31. Excipiuntur tamen legati missi, seu nuntii apostolici, qui, ex facultatibus sibi concessis, possunt conferre quæcunque beneficia, etiam reservata, dummodo non excedant valorem ducatorum 24. — 32. Legati autem nati in sua provincia extra suam diocesim sine speciali pontificia concessionem nequeunt ulla beneficia utcumque minima conferre. — 33. Alia de his quæ possunt, vel non possunt, legati a latere, et nuntii apostolici circa collationem beneficiorum, remissive. — 34. An legati a latere, et nuntii apostolici possint in sibi commissis provinciis conferre ordines, et approbare confessarios, remissive. — 35. Adducuntur ad hæc variaz reso-

(1. Legati sic dicantur, quia ut publice mittantur, leguntur, indeque legantur seu ablegantur. Reiffenstuel. lib. I Decretal., tit. 30, n. 1, et alij. (2. Legati aliter vocantur et accipiuntur in jure civili, et aliter in jure canonico. Communis. Legati in jure civili sunt illi, qui mittantur, et quibus mandat proconsul jurisdictionem, leg. Legatus, ff. De offic. proconsulis. Solent enim proconsules ob rerum gerendarum multitudinem in provincia legatos statuere, qui non propria, sed mandata jurisdictionem utuntur, et hoc modo intelligitur, et accipitur Legatus, ff. et Cod. in titul. De offic. proconsul. et legat. et de his fit mentio in capit. Legatos

lutiones sacræ congregationis concilii. — 36. Adducitur resolutio et conclusio D. Ursayæ. — 37. Nuntius apostolicus si absque facultate Sanctæ Sedis promoveat ad sacros ordines clericos suæ provinciæ, ipse, et ordinati incurrunt in penas impositas a sacro concilio Tridentino. — 38. Nuntius apostolicus non debet exercere divina in ecclesia archiepiscopi absque ejus licentia. — 39. Legati et nuntii apostolici non possunt pro se, vel pro suis consanguineis procurare a principibus, ad quos destinantur, favores, vel eis uti ad consequendas dignitates apud Sedem Apost. — 40. Legati, et nuntii apostolici non possunt procedere contra clericos, nisi episcopo prius requisito, et negligente; alias acta, et processus nullius sunt valoris, et tenentur ad restitutionem, et damna. — 41. Legato præsentem in civitate, episcopus non potest populo benedicere, nec uti mozetta, vel rochetto discooperto; intra vero propriam ecclesiam potest, si ibi non sit præsens legatus, vel eo anuente. — 42. Legato a latere præsentem, cæteri legati deponunt sua insignia, et suspenditur, pendente presentia ipsius, exercitium potestatis eorum. — 43. Legatus a latere potest cognoscere de causis contra exemptos. — 44. Alii autem legati non possunt de jure sine speciali facultate pontificia in exemptos jurisdictionem exercere; nuntii autem apostolici solent talem facultatem a Sede Apostolica obtinere; unde, ex Rota, nuntius est iudex exemptorum, et potest alios iudices exemptis subdelegare. — 45. Legatus in sua provincia valide assistit matrimonii. — 46. Legati, et nuntii apostolici possunt subditis suæ legationis, et nuntiature pro quocunque opere pio concedere centum, et plurimum dierum indulgentiam; at tamen semper minus quam annum; pro templo autem, seu cappella possunt concedere indulgentiam septem annorum, septem quadragenarum pro illis, qui confessi communicaverint, et in eo loco de more oraverint ad intentionem Ecclesiæ. — 47. Et tales indulgentiæ concessæ a legatis, et nuntiis sunt perpetuæ. — 48. Legatus, et nuntius absque speciali facultate apostolica non habet auctoritatem extrahendi a loco immuni, nec consignandi rem curiæ seculari; unde si extrahat, debet reponere, etc. — 49. Legatus, et nuntius apostolicus absque speciali facultate apostolica nequit absolvere ab excommunicatione ob violatam immunitatem ecclesiasticam. — 50. Legatus duarum, vel plurium provincialium, potest in una jurisdictionem exercere de negotiis, et causis alterius. — 51. Legati Papæ statuta durant etiam finita legatione. — 52. Legati jurisdictio, seu officium cessat quatuor modis, qui assignantur. — 53. Legatus a Papa revocatus usque dum talem revocatum ignorat, continuat, et perseverat in Jurisdictione, et valida sunt quæ interim gerit. — 54 ad 57. Additiones ex aliena manu. — Vid. Addit. Cass.

2, De offic. legati in 6. Alii vero legantur, seu mittuntur a principibus laicis summo Pontifici, vel ab eisdem principibus inter se, ad referenda videlicet mandata suorum principalium, sicque ad exercendum nudum ministerium absque alia jurisdictione, et vocantur oratores, seu vulgo ambasciatores. (3. Legati in jure canonico sunt in triplici differentia, nempe legati a latere, legati missi, seu nuntii apostolici, et legati nati. Communis et colligitur ex cap. Cum non ignoretis 1, et cap. Excommunicatis 9, De officio Legati, et cap. Officii nostri 1, eodem in 6, et Glossa ibidem, verb. Legati. In ipso enim cit. cap. Cum ignoretis fit mentio de le-